piterna: Quod ionae caput pelagus ope
ruerit & ad montium extrema descenderit
& uenerit usque ad profunda terrarum.
Quibus quasi uectibus & columnis di uolun
tatem terrae globus sustentatur, nulli dubi
um est. De qua & alibi dicitur: Ego firmaui
columnas eius. De dno autem & saluatore
iuxta utramque editionem uidetur mihi
sic posse intellegi quod principale & caput
eius id est anima quam cum corpore pro
salute nra dignanter adsumpsit. Descen
derit in scissuras montium. qui fluctibus
operiebantur, qui saeculi subtraxerant liber
tatē, quos abyssus ambiebat. Quis et adi sede
rit maiestate. & postea etiam ad inferna
penetraret atque loca quasi in extremo li
mo peccatorum animae trahebantur.
Dicente psalmo grapho: Intrabunt in inferi
ora terrae partes uulpium erunt; Isti sunt
uectes terrae & quasi quaedam serae extre
mi carceris ac suppliciorum nolentes abin
feris animas exire captiuas. Unde signifi
canter. LXX. KATOXOΥC AIωNIOIC transtu
lerunt. Hoc est semper tenere cupien
tes quos semel inuaserant. Sed dns noster
de quo sub persona cyri in isaia legimus:
Fores aeneas conteram & uectes ferreos con
fringam: Ad montium extrema descendit.
& aeternis conclusus est uectibus ut omnes
qui clausi fuerant liberaret.
Et sublevabis de corruptione uitam meam

dne ds meus. LXX. Et ascendat de corrup
tione uita mea dne ds. Proprie dixit
sublevabis uel ascendat de corruptione uita
mea. Qui ad corruptionem & ad inferna de
scenderat; Hoc est quod apostoli interprae
tantur in XV. psalmo ex persona dni pro
phetatum: Quoniam non derelinques animam
meam in inferno, nec dabis scm tuum ui
dere corruptionem. Quod dauid scilicet
& mortuus sit & sepultus. Saluatoris autem
caro non uiderit corruptionem; Alii uero
interpraetantur quod ad comparationem
caelestis beatitudinis & uerbi di humanum
corpus corruptio sit. Quod seminatur
in corruptione. & in CII. psalmo ex per
sona iusti significetur. Qui sanat omnes
infirmitates tuas. & qui redimet ex cor
ruptione uitam tuam. Unde & apostolus
dicit. Miser ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius, & appelletur
corpus mortis uel corpus humilitatis;
hoc illi ad occasionem suae ducant here
seos. Et sub persona xpi mentiantur
antixpm. Ecclesias teneant ut uentrē
pinguissimum nutriant. Et carnali
ter uiuentes contra carnem disputent;
Nos autem scimus de incorrupta uir
gine corpus adsumptū non corruptio
nem xpi fuisse sed templum; Quod si
apostoli ad corinthios sententiam tra
himus in qua corpus dicitur spiritale.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0227